



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvm Serie Vigesimvm-Octavvm De Matrimoniis, &  
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Qualiter coniux innocens procedere debeat diuortium iudicaliter intentans.  
§. 5.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](#)

de quoque constet de adulterio possidet innocens ius diu-

tandi.  
Quod si dicas id verum esse spectatam matrimonii naturam; at ob vitandas hominum fraudes, & malitias haec separatio absque Ecclesiae declaratione interdicatur; obstat; quia nullus est Texus ex quo colligatur hoc praeceptum, & obligatio. Nam Texitus qui per ratione dubitandi referuntur nihil probant. Etenim cap. *secularis* non de dimissione ex causa adulterii, sed scurria loquitur, qua causa cum Ecclesiae autoritate introducta sit, & huiusmodi habeat, aequum non erat cuiusvis iudicio remitti, scimus in adulterio quod indubitate est & iure naturali diuortio causam praestat. Praterquam quod ibidem excommunicantur, qui nullas causas diffidit probabilitate proponentes, antequam lis per Ecclesiasticos Iudices decidatur vxores dimittunt, quod est diuersum a nostro iure, in quo adulterium innocentem certum esse debet, ut dicimus, Texus in cap. *historia* praecepit vxorem autem omniam restituere quia de adulterio nondum collabat; solum facessit negotium Texus in cap. *porro*, de diuortio, ibi *Etiangi parentela etiatis publica, & notoria ab aliquo iudicio Ecclesiae ad ea separari non posse*, sed hic Texus non de diuortio quoad thorum cohabitationem loquitur, sed de matrimonii dissolutione quoad vinculum, & libertatem alteri copulandi. Quare cum grauissima sit, & grauioribus periculis exposita, merito iudicium Ecclesiae requirit. Nullus est ergo Texus, quo colligantur sententiam Ecclesiae expectandam esse ad diuortium: quin immo haec necessariam non esse indicat. Texus in cœ parte de *Sponsalib.* ibi: *Quia nemini licet vxorem sine manu sua fornicationis dimittere.* Supponit ergo stante manifesta causa fornicationis, manifesta inquam ipsi innocentia posse nulla expedita sententia ab adultero recedere: & agentis id exprimitur a Hieronymo in *cœ Dominus*, 32. q. 1. ibi: *Vicinque fornicatio est, vel fornicationis suspicio, liber dimittitur vxor.* Notandum est verbum *libere*, quod nullum requirit licentiam, vel sententiam, quia ipsummee indicat esse sententiam latam, ut pluribus comprobatur Tiraquel, in leg. *enquam*, *verbo reveretur à num. 134. Codex reverendissimorum.* Et colligitur aperte ex *pro humano*, *verbo liber de homicidio* in 6. Et licet verbum *libere* idem sit, (ut placet Basilius Ponce, lib. 9. c. 18. in fine,) ac licet, & peremptio tamen addidit sententiam Ecclesiae necessariam esse, cum in predicto Texu nulla huius sententia mentio sit. Quodque non leviter conlouat legi a Christo Domino latè Matth. 5. & 19. concedenti viris ex causa fornicationis vxores dimittere. Ex qua concessione Iudices Ecclesiastici colligunt quid in his causis debent deciderre, non tamen mariti de adulterio vxoris certi eorum Iudicium decisionem expellere astringuntur, ut falsò putauit Basilius Ponce, d.c. 18. num. 9. Fauèque factum Iosephi Murch. 1. volentis lancifismam virginem occulite dimittere ob adulterij suspitionem, sicut multis comprobatur Maldonatus, ibi. Et Suan. tom. 2. in 3. p. question. 29. articul. 1. s. 2.

Ut autem predictum diuortium innocens faciat, debet certos moraliter esse de adulterio coniugis alterius, ob dubium enim, vel suspicione probablem nequit in iure coniugis quasi sententia esse ferre, & iure quoq; habet priuare, sicut omnes Doctores notant, & colligunt ex c. ex parte de *Sponsalib.* ibi: *qua nemini licet vxorem ab aliquo manifesta fornicationis causa dimittere.* Et licet in *cœ Dominus*, 32. q. 1. dicatur vicinque fornicatio est, vel fornicationis suspicio liber dimittitur vxor. Nomine suspicione non quicunque suspicio, sed violenta, & que certitudinem morali aequivalat intelligitur.

Dubium tamen est, quæ hanc certitudinem moralem praefeat? Respondeo ea sola esse quæ in iudicio externo probata sufficiunt, ut Index sententiam diuortii proferret, ut multis comprobatur Sanch. lib. 10. disp. 12. num. 40. Guiterr. cap. 12. num. 12. Quippe coniux innocens recedens ab adultero quaque sententiam profert. Ita particulari autem esse solum cum solam cum nuda, in eodem leto, non est dubium esse sufficiens adulterii indicium, ut deciditur in cap. litteris, de *præsumpt.* Ofcula autem, & amplexus præcisè est plures Doctores, quos referit Sanch. dicta disp. 12. num. 46. concilient sufficere ad separationem, verius est oppositum, ut tradit ipse Sanch. num. 47. eo quod neque ex natura rei, neque ex aliqua lege plenè adulterium inde proberet: ut si prædicta ofcula, & amplexus contingent in loco abdito, & secreto, vbi faciliter copula haberet posset, vel alii coniugis adiumentum fine dubio credo sufficere si non ad condemnationem criminalem peccata ordinaria, bene tamen ad diuortii separationem, ut pluribus allegatis docuit Burlat. conf. 18. num. 3. volum. 2. Mafcard. de probat. concl. 57. n. 5. & conc. 64. & à n. 1. Coquain. 4. decret. 2. p. 6. 7. 8. 6. numero 3. Azeudo lib. 8. recipil. titul. 20. Rab. num. 14. Graffis 1. p. deces. lib. 2. c. 8. 4. num. 5. Natur. Rab. de iudicio. num. 10. Neque contradicit Sanch. subiecte inficiatur, ut constar ex his quæ dixerat dicta disp. 12. n. 4. in fine.

Et idem dicendum existimo, si aliqua littera amorato-

ipsius mulieris reperirentur, quibus adulterium præteritum satetur, nam esto illa confessio vaporē extrajudicialis non plenē delictum probet. At facta in iudicio plenē illud probaret. Cum ergo in praesenti agamus de diuortio extrajudicialiter facta, ea confessio extrajudicialis sufficiens esse debet, maximè cum predictæ confessioni adlungantur amatoriae litteræ. Amatio militis, quæ simul cum illa confessione sufficiens iudicem mouere possent ad iudicium de adulterio ferendum, ut recte tradit Menoch. de *præsumpt.* lib. 5. *præsumpt.* in fine. Parvus conf. 5. 4. in fine volum. 4. Mafcard. de probat. concl. 6. num. 10. Si enim inquit Sanch. dicta disp. 12. num. 51. Et confenit Guiterr. c. 129. num. 12. *vñs quare concil. fatis est ut coniux innocens diuertere possit de sui coniugis adulterio, seu de illius violenta iudicio certior fiat à persona fide dignissima, cum merito prudentissimi quisque fidem habere, quia illud dictum certitudinem moralem praestat, à fortiori ipsius coniugis adulterantis in amatoris litteris facta certitudinem moralem praestare confenda est. Minor namque probatio adulterij, seu illius violenta suspicione requiriatur ad d. uortum propriâ authoritate factum, quam factum iudicio Ecclesiae. Praterquam quod fatis probabile est, ut pluribus firmare Ioann. Bapt. Ferret. conf. 168. num. 4. & 5. Farac. t. 4. q. 136. num. 18. Guiterr. c. 129. n. 18. in fine. Ad diuortium celebrandum non esse opus ea indicia adulterij, quæ suspicione violentam, sed fatis esse quæ probabilem, & vehementem in suspicione indicate.*

Illud pro certo habendum est, si exorta controuersia super impotencia vii ad matrimonii dissolutionem ipse fateatur adulterio commisile, ex ea confessione ethi in iudicio facta non potest vxori diuortio intentare, quia illa confessio præsumptio debet fraudulentem ad elideandam vxoris intentionem, factaque est contra formam prescriptam in cap. ex litteris de diuortio, ut recte norauit Riccius in *praxi* decif. 2. 32. Et ex illo Basil. Ponce, lib. 10. c. 18. n. 4.

Verum est illa *non expectata* Ecclesiae sententia possit innocens celus scandalio se à coniuge adultero separare; et si coniux spoliatus querelam fieret de iniuria sibi illata, restitutio aenigmata petratis statim restituendis est, neque separatio permittenda, quiaque adulterium plene probatum sit: sicut decisum est in cap. *significati* de diuortiis, per argumentum à contrario sensu; expressius cap. 2. cap. in litteris, cap. in *conquestiones* cap. item cœm quæ de restitu. spoliator. & tradit. omnes. Neque enim æquum est coniugem publice priuare suo iure, & possessione, quin publice conster de causa ob quam eo iure, & possessione priuatus est. Quocirca haec restitutio quad omnia facienda est tam quod mutuam cohabitationem, quam quod debiti redditionem, ut habetur c. red. negrand. 1. & 2. 3. quest. 1. quia his omnibus spoliatur est, neque vilium ad eum periculum, vel dampnum, ob cuius causam impedienda sit restitutio quad debijum coniugale, sicut ad eum cum spoliatur coniux ob matrimonio nullificatur. Quo casu oblatis incontinenti probationibus non restitutur spoliatus ad coniugale debitum ob peccati periculum, sed ad murum cotabitationem. c. litteras de restit. spoliat. Atque ita tradit syluef. verb. *Matrimonium*, 10. 7. 1. Tabiena codem. 4. q. 9. num. 10. Alberic. in suo dictionario verbo *Matrimonium*. 9. vers. 11. Sanchez lib. 10. disputatio. 12. num. 15.

Ipsa tamen spolians certus moraliter de adulterio, præceptio Superioris iubentis spoliato redditi debitum obediens non tenet, quia prædictum præceptum, vaporē ex falso præsumptione latum obligationem non inducit, maximè cum ex eius obseruatione spoliante documentum proueniat bigamia, si velit ad Ordines transire, & vxori virginem acceperit, neque post adulterium cognoverit. Quo casu quia damnum est irreparabile existimat Sanch. dicta disp. 12. num. 22. circa fin. m. cum Menoch. de *recuperanda*, poffell. rem. 1. num. 11. 5. & 30.8. Alexandro in leg. naturaliter. 5. nihil commune. num. 20. ff. de acquir. poffell. Gregor. Lopez leg. 7. verbo que le entrege se. tit. 2. part. 3. virum spoliantem, offertemque probationes incontinenti, id est intra breve tempus arbitrio iudicis, cognendum non esse vxorem spoliatam admittere ad coniugale debitum, tamen ad omnia alia restitutur. Argum. cap. litteras de restit. spoliat. Extra hunc vero casum ethi spoliata prius recelerit, vel spolians incontinenti offerat probationes, restitutio facienda est, ut multis comprobatur Sanch. dicta disp. 12. à num. 20.

## §. V.

Qualiter coniux innocens procedere debeat diuortium judicialiter intentans?

<sup>1</sup> Duplice actione ciuilis, & criminali potest procedere.

<sup>2</sup> Si maritus ad penam sanguinis vxorem accuset, coram ecclesiasticali agere debet. Si vero ad alias penas coram seculari, vel Ecclesiastico.

- 3 Si ciuiliter procedat coniux ad diuortium, item coram Ecclesiastico intentare debet.  
 4 Intentata ciuili actione nequit coniux ad criminalem transire, vel e contra.  
 5 Pendente lite sive criminali, sive ciuili alimenta, & lites expensae vxori ministrandae sunt.  
 6 Si vxor legitimè accusata falsis probationibus se defensat, solum obligata est restituere marito expensas lites.  
 7 Obligatus videtur maritus dotem uxori in hac parte restitue-re. Quidquid alio contra sentiant.

**D**plex actio coniugi innocentia conceditur aduersus coniugem adulterum ciuili, & criminali. Ciuilis est, qua ad separationem thor, mutuaque habitationis, & amissionem doris tendit, criminalis, qua ad poenam sanguinis procedit. Hec autem criminalis actio solum competit marito aduersus vxorem, non econtra, ut expressè dicitur in leg. Cod. ad leg. Iul. de adulterio. Et leg. regia 3. ii. 20. lib. 3. noua recipiat. Ideoque accusanti criminaliter marito vxorem de adulterio, non licet vxori exceptionem adulterii mariti opponere, quia in hac actione pares non sunt, neque in illis delictis quoad prædictam poenam admittunt compensatio. Actio ciuilis virique coniugi competit, & viuis delictum alterius delicto compensatur.

**S**i igitur maritus ad poenam sanguinis vxorem accuset, necessariò actionem intentare debet coram iudice seculari, quia solum ille est competens ad poenam sanguinis imponendam, uti deciditur cap. sententiam sanguinis. No Clerici, vel Monachi. Et cap. sua de procuratorib. Et ibi Panormit. num. 6. Immola num. 1. At si alias penas infligendas accusetur adulteri coram seculari, vel Ecclesiastico iudice actio intentari potest, quia iverque iudex competens est, locutusque datur præventioni. Quippe adulterium est iniuria sacramento matrimonij facta, cuius punio virisque iudicii seculari, & Ecclesiastico competit, sicut opimè tradit Panormit. dicto cap. sua num. 6. Cœlari. 4. decret. 2. part. cap. 7. §. 6. num. 20. Iulius Clariuslib. 5. recept. §. finibus 37. n. 3. Anafal. German. lib. 3. de sacro invenit. cap. 12. num. 56. Barbosa. 2. part. 1. in princ. num. 1. 39. ff. soluto matrimonio, quos referit, & sequitur Sanch. lib. 10. disp. 8. num. 15.

**A**t si ciuiliter procedat coniux ad diuortium, amissionemque doris, necessariò coram iudice Ecclesiastico actionem intentare debet. Nam cùm agatur de obligatione matrimonij dissoluenda, solum iudex Ecclesiasticus competens est, sicut colligitur ex cap. sua de procurat. & cap. 1. ut lite non contestata. Et tradit Iulius Clarius, & Anafal. Germanius vbi supra. Conuar. dicto capite 7. §. 6. numero 8. Anton. Gomez leg. 80. Iuris numero 47. Graffis 1. part. decis. lib. 2. cap. 8. 4. numero 12. & aliis relatibus Sanch. lib. 10. disputat. 8. numero 15.

**I**ntentata autem ciuili actione nequit coniux ad criminalem transire, non solum quando pendit viuis actions iudicium, ut deciditur expressè in leg. unica. Cod. quando ciuili actio criminali prædicta, sed etiam eo iudicio finito, eo quod in hac causa diuorti virumque iudicium ad idem tendit, scilicet ad punitionem adulterii, vel primando illum potestate exigendi debitum, dolisque amissionem, vel poenam mortis imponendo. Quo casu una actio alteri prædicta, ut nota Glosa in Iurisprudencia leg. unica, verbo re familiari. Et Abbas cap. sua num. 4. de procuratorib. Barbosa leg. 2. part. 1. in princip. num. 1. 38. & seqq. soluto matrimonio. Sanch. lib. 10. disp. 8. n. 19. vbi num. 20. opimè probat neque etiam per exceptionem licere marito, qui prius de adulterio, vxorem accusavit, & deflexit, vel virtus fuit obsecere adulterium vxori eius consoribus, bonaque dotalia repetenter, deduceret namque alia via in iudicium, quod iudicatum est, vel iudicandum pender contra leg. diuobus 19. ff. de except. rei iudicata.

**P**endente lite sive criminali, sive ciuili alimenta, & lites expensae vxori ministrandae sunt, non solum quando ipsa diuortium aduersus virum ob adulterium ab eo commissum intentaret, quod certissimum esse recte tradunt Gutiér. lib. 1. can. cap. 14. numero 7. Barbosa Rab. ff. soluto matrimonio 2. part. numero 44. in fine. Sanch. lib. disp. 8. num. 28. sed etiam quando aduersus illam diuortium à viro intentaret, quia lites pendente nihil est innouandum, quod procedit etiam si adulterium notiorum sicut etiam Zealous in suis quæst. comm. quis. 7. 3. 4. num. 18. Et seqq. Farinac. t. 4. quis. 1. 43. num. 43. Gutiér. cap. 12. 9. n. 10. Sanch. loco allegato, tametsi in foro conscientia ad ea alimenta, & expensas subministrandas non tenetur vir certus de vxori adulterio, vel tradunt Sanch. Gutiér. & Farinac. nuper allegati. Quinimo neque in foro externo tenetur vir subministrare alimenta vxori è domo sua fugienti ob timorem, quem haberet à viro male tractandam causa adulterii suscipiatis, ut recte Farinac. dicta disp. 143. num. 45. Gutiér. cap. 12. 9. de matrimonio num. 24. Quippe vir non tenetur extra domum vxorem alere, quando ipse causam recessus non dedit.

**Q**uod si vxor legitimè de adulterio accusata fas sit se protectionibus defendat, impediaturque diuortium, & applicacionem suorum bonorum marito, veris est solum committere peccatum in hac falsitate, obligatamque esse restituere marito expensas lites, & si quid aliud dannum ex illius prosecutione incurrit, siquidem ad impedendum diuortium, & applicationem suorum bonorum magno nullum ius habet, si nullam obligationem habere restituendi marito bona que pertinentiam illi essent applicanda. Quippe ad proprietatem illorum bonorum nullum habet ius nisi media sententia, qua est in iustitia impeditatur, ea iniustitia non est aduersus maritum, sed aduersus Rem publicam, publicumque iudicium, quod peruerit, sicut docuit Navarr. cap. 18. num. 49. Graffis 1. part. decis. lib. 3. cap. 7. numero 25. Merina lib. 1. sum. capite 14. §. 35. Ludovic. Lopez 1. part. mtruct. cap. 159. §. At Navarrus. & alii, quos referit, & sequitur Sanch. lib. 10. disp. 8. num. 14.

Ex his inferendum videtur obligatum esse maritum docem vxoris restituere, à qua se separauit ob adulterium commis- sum, siquidem vxor dorem perdere non potest, quoque per sententiam ad illius priuationem damnata sit, ut pluribus firmat Couraur. 4. decret. 2. part. cap. 7. §. 6. num. 1. est enim doris amissio pena adulterii lata in cap. plerunque de dom. inter viram & vxor leg. consensu. §. 1. Cod. de repudijs. Leg. unica. §. taceat. Cod. de ret. vxoria actione. Leg. miles §. sicut. ff. ad leg. Iul. de adulterio. At reus poenam fibris non teutetur, quoque sententia saltem declaratoria criminis accedit, ut lai probauimus traxi de legibus, vbi de lege panali. Ego vxor dorem amittere non tenetur ante sententiam, ac proinde maritus videtur obligatus ei dorem restituere. Contrarium defendit Sanch. lib. 10. disp. 8. num. 13. ex motu ratione, cui competit exceptio, ne aliquis solvere aliter possit habet ius retinendam in foro conscientiae, quam ex iure, ut probavit lib. 6. disp. 38. num. 34. ac maritus ob adulterium vxoris ab ea recedens habet inscipienti contra vxorem repente dorem opponents ipsi adulterium, ratione cuius liberatur à doris solutio-ne, ergo potest dorem ipsam retinere. Et confirmat ex Textu in cap. plerunque de donacionib. inter vir. & vx. vbi vxor recedens à viro ob causam fornicationis iudicio Ecclesiastice, aut propriâ voluntate, nec reconciliata postea sit, et dorem, vel dotalium repetere non valebit. Si igitur repetere non valet dorem, ergo maritus illam retinere potest. Sed hæ rationes non concurunt. Fatoe namque rei nre quilibet posse omne illud, pro quo ipso iure habet exceptionem ne soluat, at adulterium non excipi ipso iure à solutione doris, neque ipso iure dorem manu concedit, sed media sententia, ergo quoque sententia adueniar non habet maritas ius doris retinenda. Quod vero adulteria denegetur iudicialis repetere dorem non inde inferatur maritus illam retinere ante sententiam posse, fluctuus inferatur marito acquisiri, sed solum inferatur vxorem in foro extero nullum ius habere, ut sibi dös concedatur, et a potius commisso adulterio veniat dote priuanda. Atque ita verius existimo maritum propriâ autoritate ab vxore adulteria recedentem non posse ante sententiam eius dorem retinere, tametsi vxori dorem repente exceptionem adulterii opponere possit, ne illi concedatur, sed potius sibi applicetur, ut bene tradit Abbas dicto capite plerunque numero 4. Angelus, verbo Adulterium num. 6. Sylvest. quest. 6. Rosella. verbo Diuortium num. 4.

## §. VI.

Qualiter factò diuortio propriâ authoritate, vel per sententiam se gerere possit  
innocens?

- 1 Poteſt ianocens vxori reconciliari, et ſi non obligetur.
- 2 Satisfit obiectio.
- 3 Poteſt coniux innocens sacros Ordines sumere, vel Religionem ingredi.
- 4 Non tenetur maritus vxori adultera alimenta præbere.
- 5 Proponuntur duæ quæſiones.
- 6 Si ſententia diuortij nulla fuit, restituenda ſunt omnia uxori.
- 7 Procedit etiam ſacris ſi initiatuſ.
- 8 Si iverque coniux credens diuortium legitimè eſſe factum statum mutauerit, et iverque poteſt alterum repeteſte, et ſi Sanch. convariorum confeſt.
- 9 Si innocens in adulterium incidat, antequam ſententia tranſeat in rem indicatam, obligatus eſſe coniugi reconciliari.
- 10 Si adulterium commisſum ſit, poſquam ſententia diuortij tranſit in rem indicatam, plures confeſt non eſſe obligatum reconciliari in foro conscientia, bene ramen ex officio iudicari.
- 11 Verius eſſe in foro conscientia, et ad petitionem partis eſſe reconciliandum.
- 12 Si uita fundamenſis oppoſitum.